

**4251** Soli | sacr. | Q. Baienus | Proculus | pater | nomimus.<sup>1</sup>

*Aquileiae sine dubio rep., est Venetiis (V 764 vidit Mommsen). — 1) Πατήρ νόμιμος dicitur memorari etiam in inscriptione inedita Sidone rep. (cf. Cumont mystères de Mithra II p. 123. 166).*

**4252<sup>a</sup>** Cauti | Q. Baienus | Procul. | pater.

**4252<sup>b</sup>** Cautop.<sup>1</sup> | Q. Baienus | Procul. | pater.

*Aquileiae rep. (V 763 bis descripta saec. XIX). — 1) Cauto alterum exemplum, minus recte ut videtur. — De Caute et Cautopate cf. Cumont l. c. I p. 207. 303.*

**4253<sup>a</sup>** deo Cauti | M. Ant. Vic|torinus | dec. col. | Aq., aedilis.

**4253<sup>b</sup>** deo Cau|topati | M. Ant. | Victorinus dec. | col. Aq., aedilis.

*Aquinci, arae rep. in Mithraeo (III S. 10465. 10461 vidit Domaszewski). Eodem loco extabat titulus ab eodem homine Fonti dedicatus supra N. 3886.*

**4254** deo Caute | Flavius Antistianus | v. e.<sup>1</sup>, de decem primis<sup>2</sup>, | pater patrum<sup>3</sup>.

*Romae (VI 86 vidit Accursius). — 1) Vir egregius. — 2) Incertum an hoc quoque ad cultum Mithriacum pertineat. — 3) Alii patres patrum sunt N. 4239. 4213. 4214. 4263. 4267. 4268.*

**4255** Caute | sacrum.

*Romae rep. a. 1870 sub ecclesia S. Clementis in spelaeo Mithriaco (VI 748 vidit de Rossi). Una repertum est saxum marnoreum, rupem genetricem (cf. N. 4244. 4248) repraesentans.*

**4256** (sub imagine pueri qui facem demittit) d. i. M. | Cautopati.

*Friedberg rep. a. 1849 eodem loco ubi N. 4492, est Darmstadt (Brambach 1443; imaginem exhibet Cumont mystères de Mithra II p. 357 fig. 233 cf. p. 136 n. 442).*

**4257** deo M. | C. p. S. i.<sup>1</sup>

*Borcovicii ad vallum Hadriani (ibi ubi N. 4250) rep., est Chesters, arula (VII 650 vidit Huebner). — 1) Deo Mithrae Cautopati Soli invicto (cf. Cumont Westd. Zeitschr. 1894 p. 90). Plane iisdem verbis inscripta arula prodiit Lanchester (VII 1344<sup>c</sup> p. 508).*

**4258** Kautopati | Eutyces, Felicissimi | Augg. n. ver|nae exac. vik.<sup>1</sup>, | s. p. p.<sup>2</sup> et dedic.

*Masculae (Khenchela) in Numidia (VIII 2228 vidit Wilmanns). — 1) Exactoris vikarius. — 2) Sua pecunia posuit.*

**4259** Cautopati sac[r.] | M. Staius Nig[er] | Viuir Aug. c. d. d. a. . .<sup>1</sup> | leg. dend. c. a. a. m.<sup>1</sup> | et C. Valerius Iulia. | leones leg.<sup>2</sup> v. s. l. m.

*Angerae ad ripam lacus Verbani (V 3465 vidit Mommsen). — 1) Notae non intelleguntur. — 2) Fortasse: legitimi, cf. pater nomimus N. 4251.*

**4260** invicto | Mythrae | Nabarze<sup>1</sup> | Tib. Pontijus Pontianus trib. | lat.<sup>2</sup> leg. II Ad. | p. f. d. d., v. s. l. m.

*Aquinci (Ofen) ut videtur rep. (III 3484 ad duo exempla). — 1) Nabarse alterum exemplum. De hoc agnomine Mithrae Persico cf. Cumont myst. de Mithra I p. 206 not. 6. — 2) Tribunus laticlavus.*

**4261** (taurus; caput bovis; corvi duo) Nabarze | deo | pro sal. Ampliati | Aug. n. disp. et | sua suorumq. | omnium | Protas vikar. | eius.